

propter cecitatem, & hec causa sit irrationabilis & influs- cietis ad revocandum officium ab officio Correctoris sibi ad vitam concessio, ut abunde ostensum est supra num. 40. & seq. hinc manifeste sequitur, ut esset presumptio iuris canonice, licet alius in Principe presumetur. In hac causa per tres Cardinales judices Delegatos pronun-

tium fuit pro reintegracione Officialis amoti, ut dixi in cap. Caterum, in fin. supra de rescript. Omnia tamen & singula superiora dicta humiliter subsidio determinationi, & correctioni Sancte Romanæ Ecclesiæ, re- petita protestatione, quam posui supra in proximo operi.



DE INSTITUTIONIBUS,

Ex Concilio Arelatens.

CAPUT I.

Non amplius suscipiantur in Monasterio Monachorum, aut Clericorum, seu etiam puellarum, quam quot se regere de bonis Ecclesiæ absque penuria possunt.

SUMMARIUM.

- 1 Numerus personarum in Monasteriis institui debet secundum mensuram facultatum ipsorum.
- 2 In Monasteriis tam virorum, quam mulierum non plures sunt recipiendi, quam quot de illorum redditibus absque penuria sustentari possunt.
- 3 Rescripto ut quis recipiatur in Ecclesia non numerata, si facultates non sufficiunt, obstat exceptio paupertatis.
- 4 Nisi Papa faciat Canonice honorariam.
- 5 Veritas cogi possunt tot Monachi, vel Clerici institui, quot possunt de redditibus Ecclesiæ se sustentare.
- 6 Declaratur, n. 38.
- 7 Numerus in Monasteriis ex Concilio Tridentino qualiter constituitur.
- 8 Clericorum Regularium appellacione Monachi & Moniales non comprehenduntur.
- 9 Monachi late sumpto vocabulo veniunt appellacione Clericorum.
- 10 Numeri prescripti in Monasteriis tam virorum, quam mulierum ad quem referuntur.
- 11 Et qualiter fieri debent in Monasteriis virorum Italia, & Insularum adiacentium.
- 12 Constitutio Sanctissimi D.N. Innocentii Decimi circa statum Regularium compilata in Congregatione hinc reser- tur, ibid. vers. Sed quia decreto.
- 13 Numeri prescripti in quibus Monasteriis sit faciendâ.
- 14 Quid de iure communi.
- 15 Et quid ex Concilio Tridentino.
- 16 Monasterii redditus in prescriptioe numeri ad quam rationem proportionaliter uniuscuiusque de familia computari debeant, & n. seq. usque ad n. 26.
- 17 Quid de iure communi, n. 15.
- 18 Et quid ex Concilio Tridentino, n. 19.
- 19 Commodè sustentari & sine penuria an differant & n. seq. usque ad n. 20.
- 20 Commoditas estimatur secundum consuetudinem regionis, & qualitatem personæ, & n. 18. & 20.
- 21 Penuria quid sit, & unde dicatur.
- 22 Doti taxato in duobus decem indifferenter facta ab Episcopo in Monasteriis Monialium Majorum non probatur à S. Congreg. Concilii.
- 23 Monasteria pro duodecim Monialibus nullibi fundantur cum minori reddito, quam tredecim annuorum preter dotem ordinariam.
- 24 Dos Monialis numeraria an licite recipi possit à Monasterio.
- 25 Cautela recipienti pecuniam ab ingredientibus Monasterium sine labe honoris.
- 26 Professores eorum qui recipiuntur in Monasterio ultra quam sustentari possunt, an vivant, & n. seq. usque ad n. 33.
- 27 Quid in professione Monialium, & n. 32.

- 28 Et quid in professione Monachorum.
- 29 Et quid post Concilium Tridentinum, & numeris seqq.
- 30 Decretum irritans tollit consuetudinem eadem præteritam, sed etiam futuram.
- 31 Et operatur ut non possit dari de non usu Constitutio- nis.
- 32 Numerus familia in Monasteriis tam virorum, quam mulierum semel prescriptus an augeri possit auctis redditibus, & n. seq. usque ad n. 41.
- 33 Numeri prescripti in Monasteriis virorum Italia, & Insularum adiacentium augeri non possunt etiam auctis redditibus sine licentia S. Congregationis Concilii.
- 34 Numeri taxati facti in vna Bulla Pauli V. non computantur computandis iterum estimandis.
- 35 Novitias prescripti potest in Monasterio, ubi commodè vitæ nequit, dandum postea collocari in alio, nisi commodè alii possit.
- 36 Moniales supranumeraria an, & qualiter recipi possint in Monasteriis, in quibus numerus est taxatus, & n. seq. usque ad n. 47.
- 37 Dos Monialis supranumeraria quanta esse debeat.
- 38 Monialium decedentium loca non possunt concedi cuiquam puella ante vacationem.
- 39 Moniales supranumeraria qualitates requisitas habere debent tunc temporis, cum loca illi prouidentur, vel dantur.
- 40 Monialibus supranumerariis satis est, ut durante anno probationis alimenta à parentibus ministrantur, & post professionem ex dote redditus augerantur quantum sufficiunt puellis recipientibus.
- 41 Monialibus supra numerum recipientibus in Monasteriis Placentiæ, Congregatio Concilii prohibuit, ut proximus ultra dotem se obligent ad annuam præstationem.
- 42 Et prout ista faciendâ est Monasterio, & pecunia recte de- ferri debet ad manus Abbatissæ.
- 43 Moniales supranumeraria non subrogantur in locum Monialium decedentium infra numerum, sed semper remanent supranumeraria.
- 44 In ceteris tamen ab aliis non differunt, sed illis per omnia sunt æquales.
- 45 Canonici supranumerarij qui ingredientur locum Canonico- rum decedentium intra numerum, Moniales scilicet.
- 46 Monasteria de novo erigi non possunt nisi duodecim jul- tem Religiosis in eo habitare, & commodè alii possint.
- 47 Alioquin sic ex Ba. 141. item 21. Junii 1625. iussit.

De Institutionibus

- 1 sunt omnimode jurisdictioni Ordinarii loci & nihil omnino remanet antiqua prohibito, numer. 54. versio Et novissime.
- 2 Quod locum habet etiam in Religionibus Capucinarum, Societatis Iesu & alius, que non consueverunt onera Missarum recipere.
- 3 Item locum habet etiam extra Italiam.
- 4 Monasteria tam virorum, quam mulierum an erigi possint de licentia solius Episcopi, & n. seq. usque ad n. 72.
- 5 Quid de iure communi antiquo.
- 6 Et quid ex Constitutione Bonifacii VIII. n. 59.
- 7 Et quid ex Concilio Tridentino, num. 60.
- 8 Et ex Constitutione Clementis VIII. n. 65. & 87.
- 9 Et quid ex Bulla Innoc. X. num. 71. vers. 4.
- 10 Monasterii destructi reedificatio fieri non potest sine licentia Episcopi, reparatur scilicet.
- 11 Novam dicitur cuius facies immutatur, ibid.
- 12 Monasterii erectio iustinetur si Episcopi consensus accedat post factum.
- 13 Mendicantibus ex Constitutione Bonifacii VIII. non licebat nova loca recipere vel recepta mutare sine licentia Papa, nisi pro eremitico vita ductenda.
- 14 Monasteria ex Concilio Tridentino an possint erigi sine licentia Sedis Apostolicæ, & n. seq. usque ad n. 72.
- 15 Quid in non mendicantibus & eremitis.
- 16 Et quid in Monasteriis monialium, n. 69.
- 17 Mendicantes qui sint.
- 18 Correctio juris est favorabilis quando fit reditus ad jus commune antiquum.
- 19 Licentia quid sit.
- 20 Monasteria Mendicantium erigendi licentia qua forma ab Ordinariis sit concedenda ex Bulla Clementis VIII. & n. 87.
- 21 Eadem forma servari debet in erectionibus, que fiunt de licentia Ordinarii, non autem Sedis Apostolicæ.
- 22 Congregationi peregrinorum Ordinis Prædicatorum conceditur ut sine Episcopi consensu possint conventus erigere ubi non sunt Episcopi.
- 23 Ecclesia secularis ab Episcopo erigi potest in Monasterium

c. Non amplius.

- 1 de consensu quorum interest & sine præiudicio Reſcri- 161
- 2 Vicarius Capitalis Sede vacante, an dare possit licentiam erigendi novum Monasterium.
- 3 Carmelitarum Disalcoatorum Congregationis R. Maria Fulkensis & Clericorum Regularium S. Pauli Derollati indulta erigendi Monasteria de solâ Ordinarii licentia extenduntur.
- 4 Monasteria virorum in Italia post Bullam Innocentii X. erigi non possunt sine licentia Sedis Apostolicæ, n. 71. vers. Quartum.
- 5 Vicarius Generalis Episcopi absque speciali mandato an possit licentiam concedere novum Monasterium, erigendi, & n. seq. usque in fin.
- 6 Mandatum generale non includit ea, que ob sui gravi- tatem certa personæ, vel dignitati à iure specialiter sunt commissæ, & n. 84.
- 7 Vicarius Episcopi sine speciali mandato non potest benefi- cium supprimere, & n. 86.
- 8 Vicario Generali non constat commissæ facultas, que non competit de iure communi.
- 9 Vicario Episcopi regulariter non competunt qua sunt juris- dictionis voluntarie, & sicut gratiam.
- 10 Licentia erigendi Monasterium est voluntaria jurisdictionis & gratiam legit.
- 11 Ecclesias & altaria dedicare, solus Episcopus potest, non autem Vicarius.
- 12 Vicarius Episcopi sine mandato speciali non potest novum dignitatem erigere.
- 13 Et si non potest beneficium conferre, ita nec creare.
- 14 Monasterium institui non potest sine Abbate vel Priore, & Monachis.
- 15 Beneficia regularia duplicia qua dicantur.
- 16 Et que simpl. ca.
- 17 Monasterii adificatio est de maioribus, que non transeunt in generali mandato.
- 18 Vicarius Episcopi non potest Ecclesias de loco ad locum transferre.
- 19 Ordinariarum appellacione, de quibus fit mentio in Bulla 99. Clement VIII. qui comprehendantur.

Non amplius. Joan. Andr. non summat. Sic tamen sum- mari potest. Numerus personarum in Monasteriis institui debet secundum mensuram facultatum ipsorum. Hoc dicit & non dividitur.

Nota præcedit in Monasteriis tam virorum, quam puellarum non plures esse recipiendos, quam quot de illorum redditibus absque penuria sustentari valeant, ut hic est casus desumptus ex Concilio Arelatensi c. 8. & hoc ne ad mensuram quarumvis possessionum, quod nimis avarum est: sed ex possessionibus que sunt, metiamur extentas, ut in Aut. Ut dicitur, sit numer. Cler. post med. collat. 1. secundum Joan. Andr. hic num. 3. Impeditur rescriptum, ut in tali Monasterio, vel Ecclesia reciperetur, oblatæ exceptio paupertatis, ut hic, & in cap. Si proponant, infra de rescript. secundum Holt. in prin. Abb. n. 4. vers. Ultimo idem Butr. num. 2. & Imol. num. 1. quod hoc notant in Ecclesia non numerata semper competere exceptionem ut plures non recipiantur, quam ex bonis ipsius possint sustentari sine penuria.

Fallit hoc si Papa faceret Canonicos, vel Dignitates hono- rarias, quæ secundum ea, que notantur in cap. Super ordinata, supra de presb. ut hic Holt. n. 2. & vide quod de his Dignita- tibus ventolis notat Bald. in cap. Cùm olim, n. 8. supra de consuetud.

Quamvis autem præceptum hic positum sit negativè con- ceptum, videlicet non amplius recipiantur in Monasteriis, quam possint ibi sustentari, ut in litera; tamen includit in se præceptum affirmativum id est, ut tot sint recipientes, quot ex redditibus Monasterii sine penuria alii possint, & hoc quod dicit allegatur lite textus, secundum Abb. in 1. notab. quod hinc colligit bonam prædicam contra Prælatos qui avari- tate causa nolunt multos Monachos instituire. Possunt enim compelli ab eorum Superioribus, ut tot instituant, quot possunt de redditibus Ecclesiæ se sustentare, subdens hoc nunquam esse obviens tradendum, & est ex mente Inno- centii, ut dicam infra n. 35. Sed hoc supponit aliam questionem, videlicet, an Prælati Regulares auctis redditibus Mo- nasterii possunt, aut debeant augere numerum ibi prescri- ptum, quod inferius examinabitur in 5. à num. 33. & præ- fertim num. 38.

Secundò nota argumentum, quod in Ecclesiis Regularium certus numerus taxari potest, secundum Abb. Antiq. hic. Hodie hoc est expressum à Concilio Tridentino in cap. 1. sess. 25. de Regular. ubi statuitur, ut in Monasteriis tam virorum, quam mulierum bona immobilia possidentibus is tantum numerus constituitur, ac in posterum conservetur; tantum numerus constituitur, ac in posterum conservetur; quod vel redditibus propriis Monasteriorum, vel ex contue- Fagnan. in III. Lib. Decretal.

commodè possint sustentari. Concedunt Con- stitutio Pii V. quæ incipit Circa Passordis, §. 7. in Bullar. tom. 2. pag. 384. & Decreta Clem. VIII. super reforma- tionem regularium §. 7. in Bullar. tom. 3. pag. 81.

Tertio nota ibi, ut Clericorum, appellacione Clerico- rum regularium non comprehenduntur Monachos, nec Moiales: cum ista ponatur hic tanquam diversa. De Clericis enim regularibus intelligi debet hæc littera, non autem de Clericis secularibus, ut intellexerunt Butr. Card. & alii, & non bene, quia verbum Clericorum reg. datur à verbo Monachis. Non dicantur autem Monasteria Clericorum secularium, sed regularium dicitur. Quia in Monasteria Re- gularium non debent converti in habitacula secularium Clericorum, nec debent regi perculares, cap. Dudum 189. 2. cap. Que semel & cap. 19. quæst. 3. & Clerici seculares utentes habitibus & nomine Monachali iubeant fieri Monachi, vel ab hoc desistere, ut in cap. Ut Clerici, infra de regular. Nec placet ut verbum Clericorum suppleatur, id est Collegio, ut voluit Cardin. quoniam cum littera possit con- grue intelligi de Clericis regularibus, non est recurrendum ad suppletiones, cum præsertim de secularibus dispositum fuerit in cap. Autoritate, infra eod. Hoc tamen intellige in stricta significatione; nam late sumpto vocabulo Monachi comprehenduntur etiam Clericorum appellacione, ut hic per Abb. in 2. notab.

Hic investiganda sunt multa, quæ à Doctoribus aut non attinguntur, aut minus perfecte. Primò scilicet, ad quem spec- tet præfixio numeri in Monasteriis. Secundò, in quibus Monas- teriis sit faciendâ. Tertio ad quam rationem. Quarto, an receptio supra facultates Monasterii sit nulla, Quintò, an numerus augeri possit auctis redditibus. Sextò, an & qualiter in Monasteriis recipi possint Moniales supra numeraria. Septimò an supra numeraria in locum numeraria decedentis subrogentur. Octavo, pro quo Regularibus Mo- nasteria sint erigenda. Nonò, an erigi possint de licentia solius Episcopi. Decimò & ultimò an possint erigi à Vicario Episcopi sine speciali mandato.

Quero igitur primò ad quem spectet præfixio numeri in Monasteriis mulierum.

Solutio. In Monasteriis Monialium, que subiecta sunt Episcopo Diocesano, planum est numeri prædictionem ad ipsam rationem pertinere, arg. cap. Præcipimus, 12. quæst. 1. cor. Omnes Basilicæ, 16. quæst. 7. c. Monasteria, 13. quæst. 1. cor. Si verò sint subiecta superioribus regularibus, numeri præfixio spectat tam ad Episcopum, quam ad Prælatum regularem, ex Concilio Tridentino cap. 3. iussu cap. ult. in fin. sess. 25. de regular. nam in d. cap. 3. Concilium loquitur impersona

literis si tantum cum eis constituitur, & in posterum conseruetur. In predicto autem c. ult. precipit ut Decreta omnia illius sessionis executioni demandentur ab Episcopis in Monasteriis sibi subiectis, & in omnibus aliis, sicut in superioribus decretis specialiter commisit, atque omnibus Abbatibus & Generalibus & aliis Superioribus Ordinum.

Et ita S. Congregatio eisdem Concilio Interpres olim consultata an taxato numeri Monialium regularibus subiectionem, que facienda ex Decreto Concilii cap. 3. sess. 25. de Regular. pertinet ad Episcopum solum, vel superiorem regularem respondit spectare ad utrumque & ad Ordinarium & ad superiorem. Postea edita fuit Constitutio Gregorii XIII. que incipit, De sacris virginibus, que obseruanda est. Mandat hac Constitutio in §. 6. Monialium numerum per locorum Ordinarios etiam in Monasteriis ab eorum cura, & regimine quomodocumque exemptis cum illarum superiorum interuentu stabiliri & ordinari, neque supra illum numerum alias recipi posse etiam de contenta Superiorum suorum, ut in Bullar. tom. 2. pag. 268.

Nec obtinent in Monasteriis Monialium ubique locorum. Pro Monasteriis autem virorum Italiae & Insularum adiacentium emanauit Decretum Sac. Congregat. Concilii de celebrat. Missarum & Possemo, quo precipitur Superioribus regularibus intra fines huiusmodi existentibus, ut in qualibet provincia adhibitis duobus, aut tribus Regularibus sui Ordinis, bona immobilia, redditus & conuersas elemosinas diligenter recognoscant, omnibus detractis, que reparationes, praestations, grandines, sterilitates & alia onera conseruent absorbere eaque omnia in proximo Capitulo generali, vel provinciali coram tribus iudicibus ab ipsomet Capitulo deligendis proponant, qui sedulo examinent quot religiosi homines connumeratis etiam laicis, aliisque necessariis seruentibus in unoquoque Monasterio iuxta regiones, & proprii instituti morem competenter valeant sustentari Tum eorumdem bonorum reddituum & elemosinarum & onerum praefata notam in ipsemet Capitulo exhibeat, ut in illis diligenter recognoscant, in singulis Monasteriis cuiusque provinciae certum earum tantum personarum numerum Patrum Capitularium voto praefigatur, que ex redditibus & elemosinis huiusmodi sufficienter alii possint, ut in eodem decreto plenius continetur, pro cuius executione in §. 4. sequ. alia adiacentur & poena transgressoribus infligitur, ut in Bullar. tom. 4. pag. 316. Idemque sero per omnia sanxerat Paulus V. in sua constitutione, que incipit, Sanctissime, edita die 4. Decembris 1605. ut in Bullar. tom. 3. pag. 187. Sed quia Decreta huiusmodi nondum fuerunt executioni demandata, in Congregatione Cardinalium, ac Praetoratorum a Sanctissimo Domino Nostro Innocentio X. nuper instituta super statu Religionum, diu multumque deliberatum est de ratione in eunda per illorum executione & in iudicio eih modi veluti ut ex Praelatis ipsi Congregationis, ut minutam Constitutionis deluper confererent, que postea per manus delata, & a Sanctissimo probata, tandem iussu Sanctitatis suae promulgata fuit. Et eih tenoris infra scripti videlicet.

INNOCENTIIUS PAPA X. Ad futuram rei memoriam.

Inter cetera qua ad regularem disciplinam instaurandam, & conservandamque Sacrosancta Tridentina Synodus salubriter decreuit, illud semper praecipuum & maximi momenti habitum est, quo in iungitur ut in singulis Monasteriis & domibus Regularibus tantum numerus constituitur & in posterum conseruetur, qui vel redditibus propriis Monasteriorum, vel conuersis elemosinis commode sufficere possint. Quapropter ad eius usum inducendum sel. recordat Clemens VIII. Paulus V. & Urbanus VIII. Romani Pontifices Praedecessores nostri varia Decreta ediderunt; Sed quia nihilominus, siue ob iniuriam temporum, siue ob Superiorum incuriam, siue ob alias ob causas, illius executio huc usque protrahata est, non sine graui Monasteriorum in spiritualibus & temporalibus detrimento, ac Religionum iactura; Ideo Nos non inquam ignoantes quantum ex Monasteriis sit institutus & recte administratus in Ecclesia Dei splendori, atque utilitati obuiat, quantumque dignitati & commode Ecclesiasticis Ordinibus detrahat, multitudine Religiosorum, que sine delectu supra vires Monasteriorum in Religiosis inuehitur; Ac promode arbitrati ualide acceptum sacrique Religionis praesentem fore, ut Decretum nullorum Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, ac Electorum huiusmodi Romanae Curiae Praetoratorum motu proprio ac ex certa scientia & mata deliberatione nostris deque Apostolicis potestatis plenitudine tenore praesentium praenarratis, Commissariis, Praesentibus, & singulis dilectis filijs Generalibus, Abbatibus, Prioribus, Praefectis, Provincialibus, Missionariis, Curatoribus, Vicariis & quibuscumque alijs Super-

rioribus Monasteriorum, Conuentuum, Collegiorum ac Domorum quoruncumque Monasteriorum & Regularium virorum bona immobilia possidentium vel non possidentium, cuiusmodi que Ordinis Mendicantium vel non Mendicantium Congreg. Societatis & Instituti etiam necessarii & indubitanter existimantur existentium intra fauces Italiae & Insularum adiacentium, ut singuli ad quos pertinet, adhibitis vel tribus Regularibus sui Ordinis probatoribus, ac verum usum petitoribus, bona immobilia, census, redditus, ac proventus omnes Monasteriorum Conuentuum, Collegiorum, ac Domorum Regularium huiusmodi (etiam si sint Hospitia vel ab alio Monasterio dependant sintue illius gratia, seu quibus) sex annorum immediatè praecedentium habita ratione ac detracto omni eo quod grandines, sterilitates, reparationes & alii casus huiusmodi aborbere solent; Conuersas item elemosinas & obuentiones. Item vicibus, uelutis, ac medicinalium & aliarum quascumque tam ordinarias, quam extraordinarias expensas, eris quoque alieni, necnon Missarum celebrandarum, fabricae, Sacristiae, annuarum praestations, contributionum, ac procuratorum, aliarum cuiusque generis onera diligenter, ac mature recognoscant, eaque omnia in scripturam redigant expressimè scriptam Monasterii titulum, seu denominationem, item capacitates, ac situationem videlicet in qua Diocesi & an intra murum civitatis vel oppidi, a quo in pagis, seu vicis, vel in silvis aut memoribus, & quantum distet a locis frequentibus & populosis; Item a quo tempore fundatus fuerit, quae ueritate & cuius sumptibus; A quo & a quo numerus Religiosorum in eo fuerit aliter praefixus & quot ibi Religiosi & seruientes in praesentia dicant, specificatis anis cuiusque nomine cognomine & patria; scripturamque sine consensu propria manu subscribant, medio iuramento attestantes uera esse omnia que in ea continentur, consuetasque sigilla obfirmant supra quatuor menses a publicatione praesentium in hac Alma Urbe nostra, ut infra faciendam computandos transmittant seu consignent Procuratori Generali sui Ordinis in Urbe commoranti, qui una cum aliquibus grauioribus Religiosis ad Congregationem praedictorum Cardinalium & Praetoratorum ad hoc specialiter deputandis, negotio mature persequatur, ac computatis huiusmodi redditibus, elemosinis & obuentibus uniuersis, atque oneribus ut supra, detractis, sedulo examinet quot Religiosi homines connumeratis etiam laicis, aliisque necessariis seruentibus in unoquoque Monasterio, Conuentu, Collegio & Domo Regulari, quoru, (ut praemittitur, sit hospitium, seu aliter Monasterii membrum) iuxta proprii instituti morem, uictum & uelutis, ac medicinalia in communi habentes commode ualeant sustentari, omnibusque diligenter discussis, familia cuiusque Monasterii, Conuentus, Collegii, ac Domus Regularis huiusmodi in qualibet provincia vel Congregatione certum earum tantum personarum numerum praefigat que redditibus, elemosinis & obuentibus, ut iuxta competenter alii possint, eisque numeri praestations una cum originalibus scripturis super statu cuiusque Monasterii, ac domus Regularis & Superioribus, ut praefertur, consensu ista aliorum quatuor mensis eidem Congregationi Cardinalium, ac Praetoratorum exhibeat ut ab ea recognoscatur & approbentur. Quod si memorati Superiori ac Procuratori Ordinis intra praefixum terminum praedicta adimplere neglexerint, priuationis uocis ad hunc & passiva, necnon officiorum que tunc temporis obtinebant & inhabilitatis ad illa vel alia in posterum obtinenda perpetuam penam eo iuso absque alia declaratione incurant rehabilitatione Nobis & Sedi Apostolicae reuerentia. Interdum uero prohibemus & interdicimus omnibus & singulis capitulis & Congregationibus, Provincialibus & Conuentualibus, necnon Superioribus tam generalibus, quam provincialibus & localibus ante dictis, ne deinceps quocumque ad habitum sui Religiosis recipienti, ne iam receptor, aut in posterum contra huiusmodi prohibitionem forsitan recipiendos ad professionem admittant, donec scripturae praedictae & praefixus numeri familiae cuiusque Monasterii, ac domus Regularis huiusmodi eidem Congregationi Cardinalium & Praetoratorum realiter & cum effectu fuerint exhibita ac deinde memorati Superiori licentiam recipiendos ad habitum & professionem ab eadem Congregatione obtulerint. Alioquin receptiones tam ad habitum quam ad professionem aliter factae, sint ipsi iure nulla, nullamque inducant obligationem ad Religionem in secrete, vel in genere, aut ad aliorum quocumque effectum. Et nihilominus contravenientes praesentem executionem rationis innotent, a quo per alium quam ter Nos, & Romanorum Pontificum tempore existentem, nisi in mortis articulo constituti absolui non possint. Non obstant. quod praemissis omnia, & singula Constitucionibus, & ordinationibus Apostolicis in fauorem quoruncumque personarum, atque Ordinum tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Congregationum, Societatum, & cuiusvis alterius instituti, etiam Societatis IESU, & Monasterium, conuentuum, collegiorum, domorum, ac locorum Regularium quoruncumque, nec non illorum etiam iuramento & confirmatione Apostolica, vel quouis similitate alia roboratis statutis, vel consuetudinibus etiam immemor-

bilibus, exemptionibus quocumque indulgatis, & privilegiis etiam ex causa, & titulo oneroso, vel in limine sanctionis, etiam in Mari magno, seu Bulla aurea, aut aliter nuncupatis, sub quibuslibet tenoribus & formis, & cum quouis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque effectiue, & insolitis clausulis, necnon irritatis. Decretis etiam motu proprio & ex certa scientia, ac de Apostolica potestate plenitudine etiam ad Imperatoris, Regum seu aliorum Principum instanciam, aut aliis quomodolibet etiam per uiam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis & innovatis. Quibus omnibus & singulis quoad ea que praesentibus quomodolibet aduersantur, etiam si pro illorum sufficientibus derogatione, de illis, eorumque totis ten. & formis, specialis & indiuidua, & de uerbo ad uerbum, & non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quouis alia expressio habenda, aut quouis alia exquisita forma seruanda esset tenore huiusmodi, ac si de uerbo ad uerbum nihil esset inuesso & forma illis tradita obseruata inserti forent, praesentibus pro expresso habentis, illis aliis in suo robore permanerent specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Valenus autem quod praesentibus litteris in ualuis Ecclesiae Lateranae, & Basilicae Praefecti Apollorum, necnon Cancellariae Apostolicae, ac in Acte Campi Florae de eadem Urbe publicentur & assignentur; Quae postquam sit affixa & publicata fuerint & omnes & singulos quos ille concernant, perinde ardeant & afficiant, ac si unicuique eorum nominatim & personaliter intimata fuissent. Quotique eorundem praesentium transmissis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis & sigillo alicuius persona in dignitate Ecclesiastica constituta munitis eadem prorsus fides in iudicio & extra illud ubique adhibeatur, qua ipsi praesentibus adhibetur, affixa & publicata fuerint ut ostendit. Dat. Roma apud Sanctam Mariam Maiorem sub Anno uisitationis die xviij. Decembris M. DC. XLIX. Pontificatus Nostri anno sexto. M. A. Maraldus.

Anno a Natiuitate D. N. Iesu Christi millesimo sexcentesimo quadragesimo nono, Indictione secunda Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Petri & D. N. D. Innocentii Decimo Praevidentis Papa X. anno sexto, die uero 22. mensis Decembris in praedictis litteris, affixa & publicata fuerint ut ualuis Ecclesiae Lateranae, & Basilicae Praefecti Apollorum necnon Cancellariae Apostolicae, ac in Acte Campi Florae per nos Ioannem Gorzium & Jacobum Cornelium, praesentibus Sanctissimi Domini Nostri. Papae. Cariores.

2. Quero in quibus Monasteriis facienda sit numeri taxatio.

Solutio. De iure communis facienda erit tantummodo in Monasteriis non Mendicantium, ex Constitutione Bonificii VIII. in cap. un. §. Sane, de statu Regular. lib. 6. & potest esse ratio, quia cum Monasteria Mendicantium bona immobilia non possident etiam in communi, ut cap. Nemo iniqua & cap. Nemo prauis de excess. Praelat. cap. Exiit qui seminat, de uerb. signifi. lib. 6. taxatio numeri ad rationem redditum propriorum Monasterii non uidebatur possibilis, cum nec possent habere annuos redditus, qui inter immobilia computantur, ut in Clem. Exiit, §. Cumque annui redditus, de uerb. signifi. Unde nec in his seruari poterat huc Decretalis, quo praecipit ut recipi, quot ex redditibus Monasterii sustentari possint. Verum hac differentiam sustulit Tridentina Synodus in dis. cap. 3. sess. 25. de Regular. ubi dicitur vtrum praecipit taxari numerum familiae in Monasteriis tam virorum, quam mulierum bona immobilia possidentibus, vel non possidentibus. Atque ita hac in parte amplius Constitutio Bonificii ad Monasteria quocumque etiam Ordinum Mendicantium. Nec obstat obiecta impossibilitas. Quoniam ex Conc. in Monasteriis non possidentibus bona stabilia fieri potuit taxatio secundum consuetas elemosinas; praeterquam quod in Monasteriis virorum etiam Mendicantium, exceptis Capucinis & Minoribus de Observantia & in omnibus Monasteriis Sanctimonialium poterit fieri taxatio numeri, etiam ad rationem priorum reddituum Monasterii, quia ex indulgentia Concilii bona immobilia eis possidere licet ut in dis. cap. 3. in prin.

3. Quero ad quam rationem redditus Monasterii in praefixione numeri pro alimentis unicuique de familia computari debeant.

Solutio Textus noster in taxandis Regularium alimentis hoc tantum requirit ut sine penuria sustentari possint, & ita etiam loquitur cap. un. §. Sane, de statu Regular. lib. 6. Unde Joan. Andr. in sua gloss. ordinaria ibi posita in ver. absque penuria. (Nota inquit) non dicit, eo modo, sed absque penuria, nam potest contingere ut sustentari non possint commode & tamen possint sine penuria; sicut Canonici Bononiens. de centum florenis non possent commode sustentari & tamen absque penuria de vinctiq. inueni sustentarentur. In illa enim communitate implicitur confuetudo regionis & qualitas personae. Penuria uero secundum deriuatores habet in te egestatem, indigentiam & defectum necessarium.

Hoc ergo uoluit Constitutio, ut constituta in Monasterio non Mendicantium non haberent necessitate medicare propter necessarium defectum.) Hoc Joan. Andr. cuius distinctio nem probant ibi Gem. num. 4. & Franc. numer. 1. Imol. hic num. 1. & Abb. num. 4. dicentes facta esse ut sine penuria ibi esse possint, licet non commode & inter hec longum esse differentiam. Et consensit Reb. ff. in trans. Penuriae portio, quae 8. num. 78. nam ut ipse ait; Penuria dicitur inopia earum maxime rerum que in penu recondi solent & penus nomine continentur, quae elui & potui sunt accommodata, l. 3. in prin. ff. de sen. leg. Commode autem vivere intelligitur apte, uiuere & secundum quatuor statum. Eandem differentiam pluribus confirmat Ripa in cap. Cum M. num. 21. supra de Constit. sed illam impugnat Dec. ibi num. 4. contendens, eam iure non probari. Ego uero aduerto differentiam hanc forte admitti posse in terminis prout loquitur glossa Joan. Andr. in d. §. Sane; nam illud ius nouum & penale, quod receptionem uitae & loquitur de receptis, quae sustentari non possunt absque penuria, non debet extendi ad receptas, quae non possunt ibi commode sustentari, licet absque penuria possint; & ita in eo casu Joan. Andr. dicit se in factis obtinuisse. Verum quoad receptionem ipsam, & taxationem numeri familiae in Monasteriis tam virorum, quam mulierum dico hanc differentiam hodie iudicatam esse a Concilio Tridentino in d. cap. 3. sess. 25. de Regular. ubi dicitur vtrum praecipit ut in tantum numerus in eis constituitur & in posterum conseruetur, qui vel ex redditibus propriis Monasteriorum vel ex conuersis elemosinis, commode possit sustentari, Pondera quia non dixit sine penuria, sed dixit commode. In hac autem commoditate arbitrandi fateor cum Joan. Andr. loco citato certam regulam constitui non posse, sed pro qualitate regionis & peritorum modo plus, modo minus bonorum Monasteriis tradi linat. Habenda tamen est ratio onerum Monasterii, ut hic per Abb. num. 2. uerf. Et intellige & iustius dictum est supra num. 10.

In specie autem pro Monasteriis Sanctimonialium ubique locorum fundandis S. Congreg. Episcoporum & Regularium negotijs praeposita non conseruit fundaciones admittere, nisi pro numero duodecim Monialium constitutur dos perpetua minoris summae, quam annuorum sextorum trecentorum non in censibus, sed in bonis stabilibus & frugiferis constitutum ac praeterea requirit ut Moniales secum d. ferant elemosinam dotalem post professionem in bonis stabilibus vel in censibus perpetuis ac tutis inuestiendam.

Sed dices Si Monasteria habent, prout habere debent redditus sufficientes ad alenda Moniales numerarias; Ergo dotis delatio illicita est, & simonica, per textum in cap. Quoniam infra de Simon. ubi Simonica labes dicitur uelut aleo pleuralque Moniales infecisse, ut uix aliquas sine pretio recipiant in sorores, paupertatis praetextu uolentes huiusmodi uitium palliare & S. Congreg. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum olim consulto ad Monasterium Monialium, in quibus iuxta decretum, cap. 3. sess. 25. de Regular. Episcopus certum numerum conseruit, licet Abbatiis in locum Monialium deficientium alias recipere, pacta certa elemosina pro dote & quatenus non liceat, quo prouiso sit per Episcopum adhibenda, respondit si ex reddi istis Monasterii vel ex conuersis elemosinis tantum suppetat Monialibus ut ad ipsum uictum & ad fabricam Ecclesiae, aliaque necessitates commode sufficiat, minime licere. Secus si Monialium numerus augeatur. Cum autem huiusmodi theoria ad praxim, difficulter deduci possit, referendum Sanctissimo, q. i. prouisit sententiam Congregationis, confirmans augendum numerum si dos recipienda sit.

Verum hanc difficultatem postea sustulit S. Congregatio saper negotijs Episcoporum & Regularium, quo animaduertens Sanctimonialium Monasteria sine doto subsidio dei sustineri non posse; & propter ingruentem necessitatem & casus inopinatos plerumque ad inopiam redigi, summas Pontificibus approbantibus prouidenter taxat, ut dotales elemosinae a Monialibus numerariis perferrentur, tamen si numerus esset taxatus ad mensuram praedictum Monialium. Ex penuria enim multa proueniunt mala praeiudicia Monialibus Dominarum, ut inquit Holl. hic in fin. facit cap. Si quis obierit, c. qu. 3. Nec obstat textus in d. c. Quoniam, nam ut ibi responder glossa Joan. in uer. Paupertatis. Si Moniales ita pauperes sunt ut non possint aliquo modo ibi aliam recipere, quia non habent ibi uictum; sed hac forma possunt recipere, non habemus quid demus tui pro uictu, nisi tu pot-

ecce tecum unde vivas, dum tamen hoc non dicatur in fraudem nec deducatur in pactum, arg. cap. Si quis propter hoc...

4. Quæro, si in Monasterio plures recipiantur, quam ex redditibus ipsius possint sine penuria sustentari. An receptio sit nulla, necne.

Solutio. Si Monasteria sint mulierum ordinis non Mendicantium, de jure communi palam est receptioem non valere, quia Bonifacius VIII. in c. un. §. Sane, de stat. Reg. lib. 6. dicitur inchoit, ne in Monasteriis dictionum Ordinum aliqua reciperentur de cetero in forores nisi quot possent de ipsorum Monasteriorum bonis, five proventibus absque penuria sustentari, irritum decernendo si secus actum esset.

33. Ceterum hanc Constitutionem Bonifac. VIII. quoad penam nullitatis professionis contraria consuetudine abrogatam esse exitum Thom. Sanch. in scripta Decalogi tom. 2. lib. 3. cap. 22. n. 4. vers. Secunda conclusio, & moderni Collectores in d. §. Sane num. 31. cum computum sit plures sine admitti, quam sustentari valeant, nec unquam notitis temporibus auditum sit ex hoc cap. in controversiam verti validitatem professionis, nedum eam irritari. Sed iudicio meo hoc patitur difficultatem, quia cum Constitutio Bonifacii in d. §. Sane, habeat Decretum irritans contraria consuetudine abrogari non potuit, nam Decretum irritans tollit consuetudinem nedum preteritam, sed etiam futuram, ut firmant in c. Cum ad Beneficia, de prob. lib. 6. Archid. in ver. Sed sane, Joan. Andr. in ver. Legitima, vers. Si Papa, Gemm. col. 2. vers. Nota bene, & Franc. num. 4. vers. Ex quibus notat, & est communis opinio, ut testatur Anton. Gabrieli plures cumulas, lib. 6. comm. concl. in tit. de claus. conclus. 3. num. 40. vers. Tertius principalis effectus, & n. 42.

Nec potest dari de non usu illius Constitutionis in qua est oppositum Decretum irritans, Abb. in cap. 1. num. 4. vers. Unde ibi, supra de trans. & par. & ibi Felin. n. 6. vers. Lex nota, Rota decis. 207. num. 6. part. 7. recent. Dico igitur ex alio cap. professionem sustineri, nempe quia Concilium Trid. in d. c. sess. 25. de Regular. præscribit novam formam taxationis numerum in Monasteriis tam virorum, quam mulierum, etiam Ordinum Mendicantium, nec opponit penam nullitatis receptionis, inde signum est non laudat ut professiones ex hoc capite essent irritæ, argum. cap. Inter corporalia, vers. Unde si circa, supra de trans. Episc. Præsertim stante longissima observantia subsequente ad l. si de interpretatione ff. de legibus & c. Cum illud de consuetud. Et quamvis sic inducatur correctio Constitutionis Bonifac. in d. §. Sane, tamen hoc casu correctio juris est favorabilis, cum per eam reducatur ad jus commune antiquum, vel non præfixo, numero sit nulla, stante, c. Periculo §. Sane, de statu Regal. pñcta reg. c. fin. sess. 25. de rig. nempe in ea verba: Hæc omnia & singula in superioribus decretis contenta observari S. Synodus præcipit. Sac. Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum censuit non esse nullam.

5. Quæro, an numerus familie in Monasteriis tam virorum, quam mulierum semel præfixus augeri possit, si reditus fuerint adaucti.

33. Ad partem negativam facit Decretum Conc. Trident. in d. c. sess. 25. regul. Quod non tantum præcipit, ut in Monasteriis ad mensuram reddituum numerus constitutur, sed etiam ut in posterum conseruetur.

In oppositum est veritas, quia in constitutione taxativa numerum libenter datur conditio, nisi redditus Monasterii auquantur. Casus est in cap. Cum M. vers. Nisi in tantum excrescerent Ecclesie facultates, supra de Constitut. & ibi notat gloss. in ver. Sufficere, Cardin. in princ. & communiter omnes. Nam quilibet dispositio intelligitur rebus sic stantibus, cap. Beatus, 22. qu. 2. & cap. Quomodo cum ibi notatis, de iurejur. & constitutio limitatur ad limites casus ipsius constitutionis. Causa determinativa numeri est loci penuria, fructuum augmentatio: ergo fructuum debet esse causa resolutive constitutionis ex defectu causa,

ut bene per Butr. in d. cap. Cum M. num. 2. vers. Si esset confirmatus, Felin. in cap. Cum accessissent, num. 12. de Constitut. & Inf. in l. Quod Servius, num. 11. ff. de cond. em. dat. non sep. & hoc tenet aperte Innocent. hic post princ. dicens plures in Monasterio esse povendos, si plures quam ibi sint commode possint sustentari allegat cap. Quanto infra de censib. cap. Præcipimus, 12. qu. 1. & cap. Canonis 16. qu. 7. & cum Innocent. consentiunt hic Host. num. 2. in ver. Regere & Abb. num. 51. Quin imò gloss. hic videtur tenere per super excrescentiam fructuum in Monasterio numerum frangi ipso jure. Quam glossam extollit Butr. hic num. 5. & 6. remittit ad cap. Vilellus, il. primò, supra de prob. & cap. Cum M. de Constitut. Contrarium tamen ex eadem gloss. postea deducit idem Butr. hic num. 7. colligens ex illa augmentationem, seu diminutionem reddituum non rumpere numerum, sed inducere potentiam rumpendi. Quod magis placet, nec glossa dicit, ipso jure & in hoc etiam resident hic Imol. numer. 3. vers. Nota bene & Abb. num. 5. in fin. Conclude igitur auctus redditibus posse augeri numerum familie tam in Monasteriis virorum ultra montes quam in Monasteriis Monialium ubique locorum, iuxta declarationem S. Congregationis Concilii à Sanctissimo approbatam, de qua supra in 3. qu. num. 24. Dummodo tamen augmentum sit tale, ut perzonz ultra numerum recepte ex redditibus super excrescentibus æquale stipendium habeant cum reliquis de numero vel saltem sufficientes & honestum ut probat verè in d. cap. Cum M. ibi, si ex eis pares poterint cum aliis foris præbendas, supra de Constitut. & firmat gloss. nostra hic vers. Ergo non tantum debet: nam propter augmentum modicum non est augendus numerus, arg. l. 1. & fin. C. de alla secundum Innoc. hic in fin. Host. n. 3. Butr. n. 6. Card. & Anchar. num. 3. Dixi in Monasteriis virorum ultra montes; quia in his que sunt in Italia & insulis adjacentibus servari debent decreta Sac. Congregationis Concilii de celebrat. Missar. quibus specialiter cautum est, ut Superiores regulares perpetuo servare teneantur numerum familie in singulis hujusmodi Monasteriis Capitali generalis vel provincialis auctoritate præfixum, nec possint illum quoquomodo augere, etiam prætextu augmenti reddituum absque Sac. ipsius Congregationis licentia sub pena privationis officiorum, vocisque active ac passive & perpetue inhabilitatis eo ipso incurrenda ut in §. 13. in Bullar. tom. 4. pag. 316. Idemque prius statuerat Paulus V. in Constitutione que incipit, Sanctissimus, edita die 4. Decembris 1605. ut in Bullar. tom. 3. pag. 187.

Porro ubi hæc numeri præfixio facta jam fuerat in vim prædictæ Constitutionis Pauli V. absque tamen computatione reddituum cuiusque religiosi, Sac. Congregat. Concil. Sanctiss. D. N. Urbani VIII. approbante censuit esse iterum faciendam servata forma ultimi decreti hæc de re editi ut in declarationibus impressis, que habentur in Bullar. in calce eorundem decretorum, tom. 4. pag. 318. vers. Decimo septimo, declaravit etiam novitios ad habitum regularem admittendos esse admittendos ad professionem in Monasteriis in quibus habita ut supra, præfixione numeri, commode alii non possint, si alias habiles existant, ac deinde in aliquo alio Monasterio ejusdem Religionis collocandis esse, ubi commode alii possint, ut in declarationibus impressis, que habentur in Bullar. in calce eorundem decretorum, vers. 17. & vers. 18.

6. Quæro an in Monasteriis Monialium, in quibus numerus est taxatus, possit recipi Moniales supra numerum. Affirmant Navarr. de reddit. Eccles. quæst. 1. monit. 62. Suar. de relig. tr. 3. lib. 4. cap. 9. numer. 17. Val. Regim. in praxi forei pan. lib. 23. num. 194. & Sanch. in Præcepta Decalo. tom. 2. lib. 7. cap. 23. num. 24. vers. Tertia, existimantes ex dispositione juris communis & Concil. Trid. tantummodo prohiberi ne in Monasterio in quo plures Moniales alii non possint, alie recipiantur Monialium expensis alende & ad hanc partem facit glossa in c. Orationem in verb. Pauperum, infra de fin. ut dixi sup. in 3. qu. n. 25.

Neque oblati decretum Clementis VIII. quod utitur verbo, ordinarii, nam respondetur factum esse, quia ibi prescribitur modus generalis & ab omnibus observandus in erectione novorum Monasteriorum. Quæ quidem erectio, quia fieri consuevit non tantum ab Episcopis, sed etiam ab aliis Ordinariis locorum, ut sunt Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, & Vicarii generales habentes speciale mandatum id est usus est nomine Ordinarii, quod magis latè patet, quam Episcopi cap. Ordinarii cum ibi notatis, de offic. ordinar. lib. 6. Felin. in c. Cum olim, col. 1. de præscript. Sed non licet inde inferre, ut hæc facultas competat indistinctè omnibus locorum Ordinariis. Hoc enim decretum non tribuit Ordinariis novam erigendi facultatem, cum potius emanaverit ad comprimendam hujusmodi erectionum multiplicationem in præjudicium aliorum regularium. Et quamvis dum prohibet ne ab Ordinariis locorum de cætero nova Monasteria erigantur, nisi servata forma ibi præscripta à contrario sensu videatur permittere, ut servata eadem forma Ordinarii possint hujusmodi erectiones facere, in hoc tamen supponit terminos habiles, l. Qui testamento, ff. de testam. & c. 1. de stat. & qual. lib. 6. gloss. 3. in l. Gallus, ff. de libert. & possum. Arque ita intelligi debet de illis Ordinariis, quibus hæc facultas alijs legitime competat, qualis non est Vicarius Episcopi absque speciali mandato, ut superius ostensum est Et ita resolutum me Secretario sub die 11. 162.....

87



DE INSTITUTIONIBUS.

Alexander III. Cantuarien. Archiepiscopo, & ejus Suffraganeis.

CAPUT III.

EX frequentibus querelis didicimus, in partibus vestris consuetudinem pravam, à multis retroactis temporibus invaluisse, quòd Clerici Ecclesiastica beneficia, sine consensu Episcopi Diocesis vel officialium suorum (qui hoc de jure possunt) recipiunt, minus quam deceat cogitantes, quomodo id à sanctorum Patrum est institutionibus alienum, Et Ecclesiasticæ contrarium honestati. Undè cum tu, frater Archiepiscopo, ex officio tibi commissio, tam iniquam consuetudinem de Provincia tua velis [sicut debet] radicibus extirpare, tam in illos, qui Ecclesiastica beneficia taliter occupata scienter detinent, quam in eos, qui de cætero occupare præsumpserint, excommunicationis sententiam protulisti, Nos itaque eamdem sententiam ratam habentes, & eam autoritate Apostolica confirmantes; Mandamus, quatenus Clericos ipsos, qui ipsam sententiam incurserint, nisi congruè satisfecerint, absolvere minimè præsumatis.

SUMMARIUM.

- 1 Institutione beneficiorum spectat ad Episcopos, vel eorum Officialia.
- 2 Vicarius Episcopi, qui in concursu Parochialis vacantis magis idoneus elegit, an possit Parochialem eidem conferre vigore generalis mandati, & nu. seqq.
- 3 Collatio beneficiorum alia necessaria, alia voluntaria.
- 4 Vicarius Episcopi sine speciali mandato non potest facere collationes voluntarias.

- 5 Sed necessaria potest.
- 6 Collatio necessaria non est donatio, & nu. seqq.
- 7 Collatio Parochialis est debita magis idoneo præelecto in concursu.
- 8 Ratione legis correctæ censetur etiam correctæ illius dispositio.

EX frequentibus. Institutio beneficiorum spectat ad Episcopos, vel eorum Officialia, hoc dicit Joan. A. dr. Butr. Card. Anchar. Imol. Abb. & Joan. de Anan. Quæro, An Vicarius Episcopi, qui instituto Parochialis vacantis concursu ad præscriptum Concilii Trid. c. 18. sess. 24. ex concurrentibus ab examinatis prævio examine approbatus eum elegit, quem cæteris magis idoneum judicavit, possit eidem Parochialem conferre, quando collatio ad Episcopum spectat, quamvis speciale mandatum ad conferenda beneficia ab Episcopo non obtineatur, sed tantum generale in forma.

Videatur respondendum posse; Nam duplex est beneficiorum collatio, scilicet necessaria, quam collator facere tenetur, altera voluntaria, quæ ex mera voluntate dependet, Rebuff. in traxi benef. in tit. de collat. n. 1. & 2. Put. decis. 100. lib. 3. Vicarius autem non potest quidem vigore generalis mandati facere collationem voluntariam, quia est species donationis, quæ in generali facultate non includitur, ut est calus in c. fin. ubi Doct. de off. Vicar. lib. 6. sed bene

potest facere collationes necessarias, ut nominatis beneficia conferre, vel præsentatos initiare, ut patet in hoc cap. quia tunc non exercetur aliqua liberalitas, l. Rem legatum, ff. de admen. legat. & declarat Abb. hic n. 7. & est bona gl. in c. Relatum, in verb. Liberaliter supra de præb. & ideo transit hæc facultas ex generali concessione. Cum itaque hodie necessaria sit effecta collatio Parochialis quoad illum, qui est electus tanquam magis idoneus inter probatos ab examinatis Sinodalibus, ut patet ex Concil. Trid. in d. c. 18. in illis verbis, illique & non alteri collatio fiat ab eo, ad quem spectabit eam conferre, sequitur ut veniat in generali mandato cum non sit amplius species donationis. Et ita cum sit correctæ ratio text. d. c. fin. de off. Vicar. lib. 6. propter quam ibi decretum fuerat, in generali mandato beneficiorum collationem non comprehendi, correctæ etiam censeri debet illius dispositio, ad text. cum gloss. 1. in l. 1. & ibi latè per Alexan. in addit. ad Part. in princip. ff. de legit. Tutor. cum similibus, ut per Tiraquell. in tractat. cessante causa, par. 1. n. 127.



DE INSTITUTIONIBUS.

Innocentius III. Helien Episcopo, & Archidiacono Norvicen.

CAPUT VI.

CUM venissent Apostolicam Sedem Archidiaconus Richemundia, & Procuratores Eboracenn. Archiepiscopi, ex parte Archiepiscopi fuit propositum, quòd institutio personarum, & custodia Ecclesiarum vacantium, ad eum in Diocesi sua spectat, tam de jure communi, quam de consuetudine generali, verum quidam prædecessores ipsius quibuldam Archidiaconis Richemundia, tam institutionem, quam custodiam personaliter commiserunt: & infra. Inter alia verò Archidiaconus ipse respondit, quòd Archiepiscopus tam institutiones, quam custodias, non personaliter Archidiacono, qui tunc erat, sed perpetuò de consensu Capituli Archidiaconatus reali concessione donavit. Cum autem Archidiaconatus ipse in continua possessione tam istarum, quam aliarum libertatum, multorum Archiepiscoporum & Archidiaconorum temporibus extitisset, & Archiepiscopus sine conditione qualibet concessisset ipsum eidem, post concessionem asseruit, quòd ipsum concesserat, institutionibus & custodiis vacantium Ecclesiarum exceptis. Ipse verò timens, ne si negaret expressè, cum non dum esset Archidiaconus possessionem adeptus vel impediret penitus factum ejus, vel diutius differretur, respondit, & infra. Nos igitur interlocuti fuimus, Archidiaconum esse in plena libertatum ejusdem Archidiaconatus possessione tuendum, donec probatum legitime fuerit ex adverso, libertates ipsas Archidiaconis, ab Archiepiscopis personaliter fuisse concessas, cum in hoc casu tam ante quam post, & in ipsa etiam concessione, Archiepiscopus eas retinere potuerit licitè tanquam suas, vel donec legitime probatum fuerit, easdem libertates Archidiaconum aburasse. Sed in hoc casu, si concessio illa fuerit realis, Archiepiscopo nihil iuris vel utilitatis accederet, quia nos vel ad petitionem Eboracenn.

Ecclesie, vel per nos ipsos, super hoc Archidiaconatu consulemus. Si ergo alter utrum ipsorum fuerit legitime comprobatum, Archidiacono super libertatibus ipsius si neutrum, Archiepiscopo silentium imponatur.

SUMMARIUM.

- 1 Institutiones, & custodia possunt de jure speciali ad inferiorem pertinere, & pendente lite cum Diacono, in possessione defenditur.
- 2 Episcopus fundat intentionem de jure communi super institutione, & destinatione personarum in beneficiis sua Diocesis, & n. 11.
- 3 Declaratur.
- 4 Consuetudo generalis potest concurrere cum jure communi, eique aliquid addit saltem illud confirmando, & roborando.
- 5 Verba generalia, & adulatoria ad complacentiam alterius prolata non inducunt obligationem, seu dispositionem.
- 6 Placet, verbum importat arbitrium boni viri.
- 7 Possessio contra jus sufficit ad repellendam proprietarium si sit adjecta vera presumptio alicujus tituli, licet clare de equalitate tituli non constet.
- 8 Possessio contra jus regulariter non prodest contra proprietarium in judicio proprietatis, nec relevat ab onere probandi.
- 9 Præpositus Buxeti an competat jus instituendi tam ad beneficia in suo privilegio expressa, quam ad alia postea erecta infra limites præposituræ, & n. seqq. usque ad num. 22.
- 10 Burgi Sancti Domini erectio in Episcopatum non obstat jurisdictioni Præpositi Buxeti. Præpositus Buxeti jurisdictione est cumulativa cum Episcopo, ibidem.
- 11 Jus instituendi in beneficiis juris patronatus non pertinet ad Prælatum Ecclesie inferioris, sed ad Episcopum prævia patronorum præsentatione.
- 12 Gestæ à Delegato præter, vel contra formam rescripti sunt ipso jure nulla.
- 13 A jure destituendi non infertur ad jus instituendi, si jus destituendi sit ex privilegio, secus si de jure communi.
- 14 Prælatus inferior habet jus instituendi in Ecclesiis sibi ple-nè jure subjectis.
- 15 Secus si de jurisdictione sit cumulativa cum Episcopo.
- 16 Jus instituendi potest præscribi ab inferiore.

Cum venisset. Si possidet jus instituendi etiam, ad quem de jure communi non spectat, pendente judicio proprietatis, in possessione defenditur. Hoc dicit secundum Joan. Andr. cum quid concordat Burr. Card. & omnes. Post sic secundum Abbatem Institutiones, & custodie volum de jure speciali ad non Episcopum pertinere, & pendente lite cum Diacono, defenditur in possessione. Dividitur in tres partes. In prima allegato pro Archiepiscopo. In secunda allegato pro Archidiacono, ibi, inter alia. In tertia interlocutorio, & sub certa forma definitivè commissio, ibi, Nos igitur.

Nota primò ibi, Ad eum spectat de jure communi. Episcopum fundare intentionem de jure communi super institutione personarum in beneficiis suæ Diocesis. Ad hoc e. Omnes Basilica & c. Nullus omnino 16. qu. 7. c. Ex frequentibus supra eod. c. Cum ex injuncto, in fin. de hæreticis cum similibus, Burr. hic n. 3. & Abb. in 1. notab. Sed hoc intelligitur de institutione collativa, ut in prædictis juribus de institutione autorizabili, ut in c. Cum satis super de officio Archidiacon. secus verò de institutione corporali, que de jure communi spectat ad Archidiaconum, ut in c. Ad hæc, §. In quadam, & in c. Ut nostrum, in fin. eod. tit. Rescripti plenius in cap. Eamte n. 2. & seqq. de stat. & qualit.

Secundo nota ibi, quam de consuetudine generali, consuetudinem posse concurrere cum jure communi, nam estis disponat idem, quod jus commune, nihilominus aliquid addit, saltem illud confirmando, & roborando, ut hic per Burr. n. 4. & Abbatem n. 2. quod bene nota ad declarationem glorie in cap. 1. in ver. Facti, de Constitut. & eorum, que rescripti in c. Si quis n. 61. supra de foro compet.

Tercio nota ibi, faceret quod sibi placeret, generalia verba; & adulatoria ad complacentiam alterius prolata obligationem, seu dispositionem non inducere, quamvis enim ille Archiepiscopus dixerit Archiepiscopo, ut de omnibus redditibus libertates dimittere ad voveret Episcopo, ut per Burr. hic n. 8. & 9. Sed hoc quod allegatur hoc cap. secundum Abb. n. c. & notat Bald. in conf. 218. Petrus venia col. 2. circa fin. vers. Considerandum lib. 3. Cornutus conf. 149. Visti nonnulli actus n. 7. & seqq. lib. 2. Ad hoc bonus textus in leg.

- 17 Possessio longissimi temporis sufficit ad præscribendum etiam sine scientia, & patientia Episcopi.
- 18 Scientia & patientia Episcopi ex quibus præsumatur.
- 19 Titulus iustus elicitur ex facto executoris institutionem tribuentis.
- 20 Jus instituendi, ac jurisdictione ex præscriptione, an cessat privativè ad Episcopum, vel cumulativè.
- 21 Præscriptio non currit vacante Ecclesia.
- 22 Juramentum à Prælato præstitum in damnam Ecclesia ob ipso Prælato servandum est.
- 23 Si sit separabilis à præjudicio Ecclesie aliis fecis n. 28.
- 24 Juramenta non sunt, sed perjury, qua contra astitutam Ecclesie attentantur.
- 25 Juramentum præstitum ab Episcopo Antuerpiensi de servandis consuetudinibus, & privilegiis Collegiata Ecclesie, an post erectionem dicte Ecclesie in Cathedrali obstat, quominus Episcopus nisi possit sua jurisdictione in eisdem Ecclesia capitulum, & personas ejusdem civitatis.
- 26 Juramentum generale de observandis privilegiis, an extendatur ad revocata, & n. 35.
- 27 Juramentum de servando statuto tollitur per statuti revocationem, & n. 36.
- 28 Episcopus etiam de Capituli consensu non potest abdicare à se jurisdictionem in totum.
- 29 Episcopus tenetur servare juramentum in his, que sunt separabilia à præjudicio Ecclesie, & n. 30.
- 30 Archidiaconus, qui abjuravit institutionem, & custodiam vacantium Ecclesiarum, non potest eas repetere.
- 31 Præjudicium Prælati quando censetur dividuum à præjudicio Ecclesie.
- 32 Juramenta ab Episcopis præstita in materia visitationis, ac privationis Capitularium sunt obligant auctores.
- 33 Juramentum non fornicatur ad incogitata.
- 34 Juramentum per relationem ad aliud perinde habetur, ac si esset præstitum super recerta per se.
- 35 Juramentum habet tacitam conditionem rebus sic stantibus.

Litteræ, ff. de Jure Codicillor. & in §. Ceterum Institut. de militar. testam. Unde si tu petas à me librum, & ego respondeam, nedom de illo libro, sed etiam de omnibus bonis meis faciam ad placitum tuum, seu quicquid tibi placebit: hujusmodi verba nullam inducunt obligationem, ut post Burr. Card. Imol. & Abb. hic tradit Alex. alios referens in conf. 237. Persechini. 12. vers. Accedit illud lib. 6. & facit secundum Abbatem, quia verbum placet, importat arbitrium boni viri, ut l. Thais, §. Sorore, ff. de fidei comm. libert. Unde Host. hic num. 11. exponit ver. placere, id est placere debere, ad hoc e. Ex litteris, in l. infra de sponsal.

Ultimò nota in vers. Nos igitur, quod possessio, quam habet inferior Prælatus contra jus commune, sufficit ad repellendum Episcopum proprietarium illius juris, si sit adjecta vera presumptio alicujus tituli, licet clare de qualitate tituli constet nisi ex adverso clare probetur defectus tituli præscripti. Quod si colligitur ex hoc capite secundum Abb. numero octavo, nam jus commune hic faceret contra Archidiaconum & pro ipso erat possessio; & ejus titulus præsumptus, quia clare non constabat concessione juris instituendi fuisse factam Archidiaconatu realiter sed propter presumptionem, que erat pro eo quia constabat de concessione per confessionem Archiepiscopi, præsumebatur concessione fuisse realem ex longeva, & continuata possessione adjecta hac presumptione. Et hæc fuit sufficiens ad Archiepiscopum repellendum, nisi Archiepiscopus probaret defectum tituli, ut in fine textus. Quod nota perpetuo ad limitationem, cap. Cum persona, de privileg. lib. 6. nam possessio contra jus regulariter non prodest contra proprietarium in judicio proprietatis, nec relevat ab onere probandi, ut probatur in c. Cum Ecclesia Satrina, in fin. de cons. possess. & rescript. & notat in c. Ex institutionibus, de Procurat. & in c. Constitutas, de elect. ubi Innoc. in princ. vers. Sed forte dicit, sed hoc taliter, quando possessio est aliquo titulo roborata, licet de modo tituli non constet, vel qualitate. Quod est notabile dictum, & memorie perpetuo commendandum, nec non illi aptè probatur, ut inquit Burr. hic num. 12.

Ex facto quæritur, est, An præpositus Buxeti Diocesis Burgi Sancti Domini ex privilegio, vel præscriptione competat jus instituendi tam ad Canonicatus, & Ecclesias in litteris Apostolicis sibi privilegii expressas, quam ad Ecclesias

post privilegium erectas infra limites ipsi Præposito assignatos.

Præpositi jurisdictionis controversia inter Episcopum Burgi S. Domini, & Præpositum Buxeti, Sac. Congregatio Concil. censuit neque litteras erectionis Ecclesie Burgi S. Domini in Cathedrali, neque subreptionem litterarum Eugenii IV. quam Episcopus assererat quidquam obesse Præposito, quin sua jurisdictione uti possit in Ecclesiis, Canonicis, & personas iustis designatas Ceterum nec Præpositi privilegium obitare Episcopo, quominus si prævernerit, jus suum in Eadem Ecclesiis, Canonicis & Personis exercere valeat; atque ita Præpositi jurisdictionem cumulativam cum Episcopo, non autem privativam.

Nunc verò plures dubitationes emergunt inter Episcopum, & Præpositum, de quibus uterque consilii S. Congregationem, & atque inter alias una est, An Præpositus competat jus instituendi ad Canonicatus, & Ecclesias in litteris Eugenii expressas. Altera an Præpositus eandem habeat jurisdictionem in Ecclesiis post privilegium Eugenii erectas, & fundatas infra limites ipsi Præposito assignatos.

Quoad primam ex dispositione juris communis in Beneficiis juris patronatus, qualia sunt hæc de quibus agitur, jus instituendi non pertinet ad Prælatum Ecclesie inferioris, sed ad Episcopum prævia Patronorum præsentatione, ut in propriis terminis decidit Cassid. decis. 22. n. 3. vers. Et in patronali præsentatione, de præbend. Et idem iudicium institutionem spectare ad Episcopum, non ad inferiorem, probant in cap. Cum in Ecclesia Viterana, de elect. Anton. de Butr. num. 21. vers. dat agitur de provisione Ecclesie Collegiata, Imol. sub num. 5. vers. Si verò non sit patronata, Abb. sub num. 8. vers. Quoad secundam causam, Solva de benef. par. 2. qu. 22. n. 45. & seqq. Felin. in c. Cum venerabilis nu. 35. & seqq. de except. & est communis opinio, quam Rota sequi consuevit, Cassidor. decis. 22. num. 3. Putius decis. 135. lib. 1. Itaque jus commune favet Episcopo, qui habet intentionem fundatam super institutione, & destinatione beneficiorum omnium suæ Diocesis, ut hic, & in c. Cum ex injuncto, in fin. de hæret. lib. 6. cum concordant de quibus supra in 1. notab. Neque vero in litteris erectionis Præpositi legitur attributa Præposito instituendi facultas; quin imò ex illarum serie contrarium potius colligitur, quia in ea parte, in qua Pontifex dat facultatem reservandi jurisdictionis familiarum DD. de Pallavicinis, & unico contextu jubet fieri præsentationes eorum eis, ad quos institutio pro tempore pertinet, quod indicat Pontificem nihil voluisse disponere circa institutionem, sed eam relinquisse in terminis juris communis; præsertim ob clausulam incontinentem additam, juribus Episcopis aliis semper salvo, ad text. in c. Salvo 9. q. 3. & in c. Cum longè 63. distin. & in l. Si debitor, §. Si in venditione, ff. Quibus modis signis, vel hypothec. solv. Ac propterea executor Apostolicus, qui reservavit Præposito jus instituendi, excessit limites mandati, quia revera id non continebatur in litteris commissiois; ideoque quicquid per ipsum gestum est præter, vel contra formam litterarum Apostolicarum dicitur ipso jure nullum, & c. Cum dilectus, ubi notatur de rescript. & c. Cai, de præben. lib. 6.

Nec obstat, quod in dictis litteris conceditur Præposito facultas destituendi, quasi hinc videatur etiam infertur ad jus instituendi, ex regula dicit. c. Cum ex injuncto in fin. de hæret. lib. 6. Nam hoc procedit in eo, cui hæc facultas competit de jure communi, secus si ex privilegio; ut hoc casu fecit declarant Host. Abb. Felin. & alii, ibid. & Rota decis. 6. de reuue. in notis.

Rursum non obstat, quod inferiori Prælato competat jus instituendi in Ecclesiis sibi pleno jure subjectis, c. In Lateranensi, ubi omnes notant, de præbend. Quia id procederet si Episcopus nullum jus Episcopale ibi exerceret, sed tota jurisdictione ad Præpositum pertineret. Quod non est hoc casu, cum jurisdictione utriusque sit cumulativa ex decisione jam à S. Congregatione edita: ita declarat Lambert. de jurepatr. 3. par. lib. 2. art. 17. act. 1. q. principalem n. 2.

Ceterum est Præpositus jus commune obstat, cui litteræ Apostolicæ non derogant, favet tamen illi antiquissima instituendi possessio. Certum est enim jus instituendi posse accipi præscriptione, Card. in clem. 1. sub n. 11. col. 9. in fin. de supplen. neglig. Prælatus. Abb. post alios in c. Auditis n. 6. de præscr. Gemin. in c. 1. n. 6. 12. distin. Lambert. de jurepatr. art. 10. 1. q. pr. 3. par. lib. 2. Felin. in cap. De quarta n. 13. cod. tit. Callidor. d. decis. 22.

Præpositus autem exhibet institutiones ab anno 1506. usque ad annum 1601. atque ita centum fere annorum. Que quidem longissima possessio sufficit ad præscribendum etiam abque scientia, & patientia Episcopi, secundum sententiam quam dicit esse veriorum, ac magis communem, Alex. conf. 6. col. 2. in fin. n. 4. vol. 1. & alii quamplures rejati à Malcard. de probat. vol. 3. conc. 1219. n. 42. & in quadragena præscriptione incorporatum ita decidit Innoc. in c. Bona, il secundo de postulat. Prælatus, quem refert, & sequitur Paul. de Castr. in l. 2. col. 1. n. 3. super ver. Usus tibi interdicitus,

C. de servit. & ag. & alii apud Malcard. loc. cit. n. 56. Ratio est, quia spatio longi temporis scientia & patientia Episcopi præsumitur, Salicetus in l. Aulhen. vers. Quarto de questione facti, C. Unde vi, Rota decis. 28. n. 7. & decis. 147. n. 3. par. 1. de servit. Quemadmodum etiam hoc casu præsumitur ex institutionum multiplicitate, Abb. in c. Cum Ecclesia n. 25. de caus. posses. & 119. par. Put. dec. 217. in fin. lib. 1. Rota in Nullius seu Squillacensis jurisdictionibus coram Martiro Andrea 9. Martii 1616. & ex visitationibus Episcopi Cremonen. Rota diversor. par. 2. decis. 106. num. 8. Justus verò titulus, etsi in præscriptioibus longissimi temporis non requiritur, elicitur tamen ex facto executoris institutionem tribuentis, c. Cum dilectus, de consuetud. ubi Anton. de Butr. notat col. 5. vers. Secunda est opinio, usque ad col. 8. vers. Secundo appono.

Non obstat sententia anno 1506. Ista per Ormanetum judicem compromissarium inter Episcopum Cremonæ & Præpositum, in qua cassatur, atque irrita decernuntur omnia acta hinc inde producta. Nam non propterea fuit sublatum jus instituendi, quod Præpositus ex præscriptione jam completa acquiserat spatio annorum supra quadraginta, id est ab anno 1506. usque ad tempus sententia. Præterquam quod sententia hæc in parte non habuit effectum, quia postea Præpositus perrexit instituere usque ad annum 1601. Habet igitur Præpositus jus instituendi ad supra scriptas Ecclesias ex præscriptione, quo casu inspecta juris communis dispositione, gravis questio esset, an illud haberet in privationem, & exclusionem Episcopi, an verò cumulativè cum ipso, Egidius enim in c. Cum satis n. 3. ad fin. de officio Archidiacon. sentit, licet subobscure, jus instituendi quantum præscriptione competere inferiori privativè ad Episcopum, atque hoc ipsum de præscripta jurisdictione respondit Calder. conf. 2. de præscript. & caus. 6. de sent. excomm. Abb. in c. Auditis n. 7. de præscript. gl. in cap. Passoralis, ubi etiam Abb. n. 4. & Felin. nu. 5. in 8. limitat. de officio Ordin. Paris. in d. c. Auditis n. 12. vers. Secunda conclusio, latissime Bald. de præscript. par. 1. prima partis princ. q. 11.

At contra quod jurisdictione per præscriptionem questita privativè non competat, sed cumulativè probare conatur, & verum censent Host. Joan. Andr. Butr. & Imol. in d. Passoralis, quorum opinio forte servaretur in practica ob illorum auctoritatem, ut testatur ibid. Abb. & est magis communis, ut asserit Cov. in priore part. relict. c. Alma mater, §. 12. sub num. 3.

Sed certè in casu præsentis manifestum videtur jurisdictionem Præpositi esse cumulativam cum Episcopo, quia uterque tam Præpositus, quam Episcopus instituerunt spatio annorum plus quam quadraginta, ex parte enim Episcopi exhibentur institutiones ab anno 1558. usque ad 1613. atque ita supra quinquaginta annos, quando autem etiam Episcopus exercuit jurisdictionem inferioris præscribens, esse cumulativam pluribus probat Abb. in d. c. Auditis n. 4.

Et quamvis præpositus anno 1558. jam complevisset præscriptionem: nihilominus etiam Episcopus potuit contra ipsum cumulativè præscribere spatio annorum quadraginta, & 137. conf. 94. in fin. vers. Item & 2. lib. 1. Zabarell. conf. 131. Videntur autem num. 6. Alex. conf. 5. sub num. 11. vers. Nec istis obstat lib. 5. & est textus in cap. Cum de beneficio, de præb. lib. 6.

Nec refragatur, quod ab anno 1601. Præpositus amplius non instituit, nam non propterea dicitur esse amissis hoc jus questum præscriptione; quia Præpositura vacavit ab eo tempore per spatium quatuor annorum, quibus subductis usque ad tempus motæ litis, vix octo, aut novem anni intercesserunt, non enim currit præscriptio vacante Ecclesia, c. 1. c. Auditis, & cap. de quarta, ubi gl. & DD. de præscript. Quomobrem non est opus discutere, an Præpositus ex non illa decem annorum amiserit jus instituendi legitima præscriptione questum.

Atque ex his factis perspicuum videtur jus instituendi competere Præposito cumulativè cum Episcopo. Quia tamen non desunt graves auctores in d. cap. Auditis, qui sententia ex institutionibus Episcopi interrupti præscriptionem inferioris Prælati & converso, ita ut nullo modo præscribat, foret factus esset articulum cumulativè præscriptionis in alia Congregatione diligentius examinare. Hunc articulum habes plenissime à nobis examinatum in dict. cap. Auditis, à num. 2. usque ad num. 19.

Quoad secundum caput tridem manifestum videtur jurisdictionem Præpositi extendi etiam ad Ecclesias post privilegium Eugenii erectas infra limites eidem præfixos: ita enim disertis verbis cavetur in litteris erectionis hujusmodi, & in sententia executoriali in hæc verba, ipsi præpositi tam presentibus, quam futuris jus Archidiaconale in Ecclesiis, Canonicis, & Personis hujusmodi presentibus & futuris, &c. Perpetuò concedimus; nam verbum illud futuris, videtur qualificare tam personas, quam Ecclesias, Paris. conf. 26. num. 37. vol. 3.

Verum & quod hoc opus fortasse latius esset nihil generaliter respondere, sed tantum per seipsum qualitatibus eiusque Ecclesie post dictam erectionem constructe, a quo sint detrate An sint eisdem, vel alienis species? An observantia suffragetur Episcopo, vel Presbitero? Et similia ad genus iuxta decisionem Rotæ 17. *par. 2. dreyerjor.*

Ita glossa in verbo *abjurasse*: nota ex hac glossa & ex textu, factum Prælati non præjudicare Ecclesie, nihilominus juramentum prælitum a Prælato servandum esse contra id quod habetur in *cap. fiat, si primo supra de jurjurando*, ubi dicitur non juramenta, sed perjurya potius esse dicenda, quæ contra utilitatem Ecclesiasticam attentantur, c. *Pervenit, si primo eodem titulo, cap. si quis Presbiterorum de rebus Eccles. non alien.* sed qualiter hoc sit intelligendum, declarabitur in sequenti questione, Præfatum n. 18.

Supposita declaratione Sacre Congregationis Concilii, quæ censuit privilegia Capituli & Decano Ecclesie Collegiate Antuerpiensis concessa esse revocata per ejus erectionem in Cathedrali; itemque supposito præfatis Episcopi juramento in ea forma cujus exhibetur exemplum: dubitatur an ipsum juramentum obitet Episcopo, quominus universa jurisdictione Episcopali uti possit contra Decanum & Capitulum; aliaque personas Civitatis Antuerpiensis, contra Capitulum duo præcipue videntur urgere. Primum, quia cum privilegia hæc jam essent revocata, juramentum generale Episcopi de servandis privilegiis, ad revocata extendi non debet, Ripa *resp. 5. n. 4. & 5. lib. 1.* & ad rem facit doctrina Baldi in proœmio feud. n. 15. ubi vult, ut si quis juraverit observare Statutum; & illud postea revocetur, tollatur vinculum juramenti. Secundum, quia Episcopus etiam de consensu Capituli non potest abdicare à se jurisdictionem in totum, Abb. in *cap. cum olim, si secundo n. 4. de privi. Felin. in cap. cum inter n. 4. circa princ. vers. In contrarium*, ubi testatur de magis communi de re judic. Quod si juramentum hujusmodi ligaret Episcopum, perinde esset ac si ipse totam jurisdictionem in vita sua alienasset.

Sed his non obstantibus contrarium videtur respondendum, videlicet Episcopum impediri juramento, quominus possit dum vivit jurisdictionem, quæ ante erectionem Capituli & Decano Collegiate competeat sibi vindicare. Est enim communis conclusio, quando Episcopus juravit in his, quæ sunt separabilia à præjudicio Ecclesie, ut sunt jura incorporalia, tenei eum observare juramentum, ac si contra illud veit venire, non esse audiendum, ut post glossam nostram optime declarat Anton. de Butr. *hic num. 32.* & factis probatur in hac Decretali, ubi Archidiaconus, qui abjuraverat libertates Archidiaconatus, scilicet institutiones & custodias vacantium Ecclesiarum, non potest eas repetere & contravenire juramento. Et quamvis textus non dicat non posse repetere, cum tamen dicat Archidiaconum esse conservandum in quasi possessione libertatum, donec probeatur ipsam eas abjurasse, necessario inferitur, ut ubi conlatur de abjurazione, non esset audiendus contra juramentum, ut hic tradunt omnes Opinionem Butrii sequitur Felinus in *cap. Pervenit, si primo num. 8. de jurjur.* ubi eam defendit ab impugnatione Imol. Abbas *hic num. 16. & 18. Joan. de Salva in tractat. de Jurament. in 3. par. in 1. quest. num. 33. Arctin. conf. 114. num. 3.* quem sequuta est Rota in decisionibus exhibitis coram Seraphino & de grossis, ubi juramentum Episcopi in materia visitationis dixit esse servandum, cum sit separabile à præjudicio Ecclesie & durat durante vita

Episcopi jurantis. In his enim, quæ sunt Jurisdictionis, tractumque non afferunt, sed sunt solum honorificentie portionem prædicens, præjudicium Prælati censetur dividuum à præjudicio Ecclesie, ut per Butr. *dist. numer. 32. vers. Ubi vero præjudicium, Arctin. de concessione & Rota in eadem decis.* Et hanc doctrinam videntur probasse Patres in Concilio Tridentino. dum decretis *cap. 4. sess. 6. & cap. 6. sess. 25.* in materia visitationis, & privationis Capitularium, sanxerunt juramenta ab Episcopis prælitia suos obligare auctores. Facit textus in *cap. Per jura ad fin. ibi: Ubi juramento suo se ipsum personaliter, non Ecclesiam poterat obligare, de ariste.*

Non obstant adducta in contrarium nam ad primum respondetur verum esse, quod dicitur juramentum generale & incertum de observandis statutis non porrigi ad revocata, quia juramentum non porrigitur ad ea, de quibus non est cogitatum, glossa in *cap. penult. in ver. Quod promissit, de jurjur.* jurans autem non censetur cogitasse de statutis revocatis. Ceterum juramentum, de quo nunc agimus, non est simpliciter generale & incertum de observandis consuetudinibus & privilegiis, sed eo modo, quo Capitulares sui fuerunt tempore Episcoporum Cameracen. & sic refert se Episcopus jurans ad factum & ad usum, quo casu non potest juramentum retrungi ad privilegia non revocata, cum juramentum sit super recerta per relationem ad aliud, quod perinde habetur, ac si ellet prælitum super re certa per se, l. *Certum ff. si cert. pet. l. In summa ff. de re judic.* & ita videtur specialiter jurasse se observaturum hæc & hæc privilegia, exemptiones & consuetudines. Imò hoc casu aperte conlatur juramentum voluisse se obligare etiam quoad privilegia revocata, quia reulit se ad tempus Episcoporum Cameracen. & sic ad tempus ante revocationem per erectionem, adeo ut videatur jurasse se servaturum privilegia, quibus positum est Capitulum tempore Episcoporum Cameracen. etiam hodie mutato statu abrogata fuerint. Et propterea cessat interpretatio defectus voluntatis in jurante.

Secundo responderetur opinionem Ripæ nulla autoritate falciri; nam Bald. quem citat, loquitur de juramento observationis statuti, quod postea tollitur & dicit juramentum non teneri ad illud observandum, ut etiam tradunt Doctores in c. 1. de his, quæ fiunt à major. part. cap. Quia juramentum habet tacitam conditionem rebus sic stantibus, c. *Ad naturam, si secundo, & c. Quemadmodum, de jurjur.* Oldr. *conf. 241. factum tale est num. 2. vers. Secundo quia de juramentum, Feder. de Sen. conf. 239. Super 5. ex. et. circa med. vers. Et vos scitis Gemin. conf. 84. Quia istud dubium, in fin. vers. Ad illud quod dicitur Baccor de jurjur. num. 126. dicens juramentum superveniente revocatione, & sic statu mutato amplius non obligare. At nos loquimur de privilegiis jam revocatis tempore juramenti, in quibus nihil supervenit, quod evincat juramentum.*

Ad secundum responderetur primo nos non querere, an Episcopus poruerit Capitulum à se valide in perpetuum emere. Quo casu oblatet opinio illa DD. Sed tantum, an Archiepiscopus, qui juravit, impediatum dum vivit venire contra proprium juramentum. Secundo respondeo ut nos non versari in alienatione universæ Jurisdictionis, de qua loquuntur DD. ex adverso; quia etsi juramentum servet Episcopus, reliqua tamen ei erit jurisdictionis in casibus Decretorum Concilii Tridentini, quos Episcopus in juramento excepit.



DE CONCESSIONE PRÆBENDÆ ET ECCLESIE

NON VACANTIS,

Ex Concilio Lateranensi.

CAPUT II.

Nulla Ecclesiastica ministeria, seu etiam beneficia, vel Ecclesie tribuantur alieni, seu promittantur antequam vacent: Ne desiderare quis mortem proximi videatur, in cujus locum & beneficium se crediderit successurum. Cum enim in ipsis etiam legibus gentium inveniatur inhibitum; turpe est, & divini plenum animadversione judicii, si locum in Ecclesia Dei futuræ successioni expectatio habeat, quam ipsi etiam gentiles condemnare curarunt. Cum vero præbendas Ecclesiasticas, seu qualibet officia, in aliqua Ecclesia vacare contingerit, non diu maneat in suspensio, sed infra sex menses personis, quæ dignè administrare valeant, conferantur. Si autem Episcopus, ubi ad eum spectat, conferre distulerit, per Capitulum ordinetur. Quod si ad Capitulum pertinuerit, & infra præscriptum terminum hoc non fecerit, Episcopus secundum Deum hoc cum religiosorum virorum consilio exequatur, Vel si omnes fortè neglexerint, Metropolitanus de ipsis secundum Deum absque illorum contradictione disponat.

SUMMARIUM.

- 1 Beneficia non vacantia concedi, vel promitti non debent.
- 2 Beneficia conferri debent infra sex menses, quibus elapsis de Episcopo ad Capitulum & converso, & demum ad proximum superiorem collatio devolvitur, & n. 34.
- 3 Ministeria Ecclesiastica, beneficia, & Ecclesia, an & in quo differant.
- 4 Beneficia vacaturi promissa non valet, nec ullam inducit obligationem.
- 5 Sive fiat in specie, sive in genere.
- 6 Beneficium promissum cum poterit, olim obligabatur, Hodiernum non.
- 7 Papa potest tribuere jus in beneficiis vacaturis, & num. 15. & 45.
- 8 Declaratur, num. 20. 81. & seqq.
- 9 Expectativa, reservationes mentales, & quæcumque gratiæ ad vacatura, & indulta ad alienas Ecclesias ex Concilio Tridentino nemini sunt concedenda, etiam S. R. E. Cardinalibus.
- 10 Precum primariorum indultum Imperatori concessum, & à Pio IV. confirmatum est sublatum à Concilio Tridentino, & num. seq.
- 11 Beneficia vacantia possunt per Prælatum promitti, sed ex hoc non adeo offeruntur beneficiis, ut annullentur collatio alteri facta.
- 12 Votum simplex non dirimit secundum solemnem.
- 13 Mortem proximi sperare non licet.
- 14 Quævis quis est sanctior, tanto facilius debet abstinere à promissionibus vacaturorum beneficiorum.
- 15 Beneficia vacaturi collatio, vel promissio non inducit votum captanda mortis casualiter, sed occasionaliter. Et ideo Papa potest super hoc dispensare, & n. 18.
- 16 Canonem non dedignantur leges gentium imitari.
- 17 In beneficiis Ecclesiasticis expectatio futura successioni est contra omnia jura.
- 18 Utilitas publica prætextu privilegii vacillare non debet.
- 19 Papa quævis possit conferre in genere beneficia vacatura, tamen in specie, & ad instantiam certæ personæ conferre non debet, nisi ea ignorante.
- 20 Dni dicitur quod tempus imperet.
- 22 Officia & beneficia conferri debent personis, quæ dignè

- valeant administrare.
- 23 Pena. c. Cum in cunctis, de elect. non habet locum in conferente.
- Personæ quid sit, ibidem.
- 24 Beneficium qui distulit conferre ultra sex menses privatur ea vice potestate conferendi.
- 25 Et tempus sex mensium currit à die scientiæ, nec requiritur motus.
- 26 Et moram purgare, aut in integrum restitutionem petere non licet.
- 27 Item tempus sex mensium est utile in quantum non currit ignorantis, aut conferre non valet & num. 33.
- 28 Sed est continuum in quantum currit etiam diebus feriatis.
- 29 Devolutio potestatis conferendi fit ad superiorem, si is ad quem spectat ultra sex menses conferre neglexerit.
- 30 Quod procedit in omnibus dignitatibus, officiis & præbendis, dummodo sint distincta vel certus numerus sit status.
- 31 Item procedit etiam in Episcopatibus & Abbatibus, sed minus tempus datur ad eligendum, id est triam mensium.
- 32 Institutioni faciendæ nullum tempus reperitur à jure præfixum.
- 33 Devolutionis pena locum non habet contra eum, qui beneficium non contulit propter impotentiam juris, vel facti etiam culpa contingentem.
- 34 Devolutio ob negligentiam non conferentis beneficium fit ad proximum superiorem gradatim & quilibet ipsorum habet sex menses ad conferendum.
- 35 Devolutio potestatis conferendi non fit ad Metropolitanum nisi omnes inferiores infra præscriptum tempus conferre neglexerint.
- 36 Papa lapsa primo semestri statim potest de beneficio providere. Et illius negligentiam nemo supplet.
- 37 Papa si beneficium vacans in Curia non conferat infra mensem à die vacationis, Ordinarius conferat, ibidem.
- 38 Legati nati, quævis possint jurisdictionem exercere in Diocesis suffraganeorum suorum, non tamen possunt conferre beneficia ad eorum collationem spectantia nisi post devolutionem.
- Legati nati non habent nisi unum semestrem ad conferendum beneficia ad se devoluta propter negligentiam inferiorum.